Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

dicit esse q̃ neq; res ueras, neq; uerisimiles gerunt, ut hæ sunt
inq̃t, q̃ à Tragœdiis tradita sunt. Historia uero rem gestam
sed ab ætatis nostræ memoriam remota. Argumentum aut
rem fictam, q̃ tamen fieri potuit uelut Comœdia. Quæ uero
in personis posita est, illa inq̃t habent sermonis festiuitatem,
animorq̃ dissimilitudinem, grauitatem, lenitatem, spem, metum, suspi-
cionem, desiderium, dissimulationem, misericordiam, rerq̃ uarietatem,
fortunæ commutationem, inopiam incommodum,
subitam lætitiam, iucundum exitum rerum. Qualia ea fuisse in ea
saluatoris narratione inuenies, quam politissime de filio prodigo,
aut exprimendam humanæ uitæ gloriosam exposuit. Neq;
existimo huiusmodi narrationes, q̃ nobis ab ipso saluatore ex-
citatæ sunt, aut à quibus, modo sanis inserere libris, fabulas
et Sirenas, ut inq̃t, quæ fabulæ nec uere sint, nec uerisimiles.
Neq; etiam argumenta si illa uerisimilia sint, quæ illa ad
lasciuiam sint inuenta. Hæc aut ad uitæ exemplum institutionemq̃
proposita. Idcoq; melius aut exempla dici aut similitudines,
aut parabolas, q̃ idem significat respondet. Postq̃ nulla
est prorsus sanctorum rerum fabulis commercium. Alium q̃ utilitas
poetarum disciplinæ tanta est, q̃ possit in saluatoris uerbis
exemplisq̃ illis comparari, quæ poetarum semper mendacia effugissima
spirant: hæc utilitatis cognitionem profert. Illa prudentiam
ac [illegible]dinem gignit, hæc gimnasia et castitatem edocet.
Illa prudentiam uitæ, hæc salutem ac beatitudinis uia ostendit,
illa destruit, hæc ædificat. Illa corrumpit adolescentum ingenia,
hæc ad summam spem uitæ erigit ac instituit. Non est igitur
huiusmodi à saluatore proposita exempla, fabulæ Sirenæ neq;
figmenta. Postq̃ nulla inter se sunt aut familiaritas aut
uicinitas iuncta. Sed dicis uarios fructus poetarum fructibus,
et quæ uelis eos explicare q̃ sint inq̃s, quæ maximas heroum
res gestas poetæ tradunt et turpissima, hominum Voluptates ac
turpissimos mores explicant, magno re uerbo tenorinio.
Optimi sane fructus ac primarij, quos ab initio poetæ uia
re uellis adolescentum ingenijs offert, sed q̃so uti nati et huiusmodi
fructus, q̃ tam suaue redolent, tantamq̃ fragrant amœnitatem.
Sunt ne ex hortis Hesperidum? aut ex deliciosissimis Persarum